

imo frequenter acta spiritualia  
deuotiora ostendit q̄ recte sim-  
plex arte hypocrisis decorata.  
Sed vñ a reliquo tunc disser-  
nit: cū ambo examini ignis tri-  
bulationis exponunt: q̄ tunc  
simplicitas viri tui per patien-  
tiā odorem suavitatis emitit et  
hypocrisis viri duplicitis setore  
se tribuit ac furoris. Tale igit̄  
incensu nō est deo acceptu i mi-

**Fig.** nisterio eius. **Fig.** Ecce vbi le-  
gimus q̄ pceptu fuit filii isra-  
el q̄ nō fieret adolatio nisi d̄ in  
celo electio et probato. et illud ta-  
le ponere in turbulo. Spūali-  
ter, per incēsum electu subaudi  
virū rectū et simplices, qui igne  
aduersitatis examinat: ampli-  
us semper redolet in diuino cō-  
spectu eo q̄ totā suā intētionem  
finalē in deo suo ponit. Ideo re-  
luctu incensu aromaticā amplius  
**Bre** sēper proficit in examine. **Bre**.  
xxvi. mora. **H**ancorū iquit mē-  
tes eternitatis premia p̄stolan-  
tes vires ex aduersitatibus su-  
mūt. q̄ crescente pugna glosa-  
libi nō ambigūt manere victo-  
riā. **E**lector desideria dū p̄mu-  
tur aduersitate proficiunt. sicut  
ignis duz flāt p̄mis ut crescat et  
vbi quasi extingui cernitur. in  
de robo ratur.

**D**e lachrymis.  
Ecce corpus suu et vnu-  
xii se. **J**udit. x. **G**anib  
mines et carnales vide-

tes mulieres abstactas et sordi-  
dis vestitas non cōsurgit in il-  
las cōcupiscentijs. sed cū videt  
illas vinctas et ornatas. Spūali-  
ter dū humana aia cooperia ē  
peccatorū sordibus et vitioz non  
multū tentatur a diabolo et mu-  
do. rō est. q̄a tētationu malorum  
auctor nō curat tētar quo s̄c  
nouerit recto iure possidere. Is  
dū videat aiaz ornata virtutib  
et meritis cōbūris cōcupiscentie  
ardore et inducēs mundum ad  
subsidiū sue prauitatis omni  
studio illud ad sue voluntatis  
p̄sensum inducere conat. **Fig. fig.**

**D**anielis. xiiij. vbi legit q̄ susa-  
na ingressa pomerii viri sullo  
ta vincta q̄ oleo: in m̄ est a duo  
bus senibus et iudicibus mole  
stata vi sniam mortis subiret si

**D**aniel ipsam p̄phetico spū il-  
lustrat nō literaliter. et m̄ il mo-  
lestie p̄tulerat duo senes. **S**usa-  
ne in domo serialiter morant. **S**pūali-  
ter. **S**usana interpr̄at  
gaudiū gratie. et tenet aiam  
xpi grā coadiutā: et p̄y pniam  
deo p̄iunctā te hac est magnum  
gaudiū corā deo et angelis eius.

**D**ec igit̄ intrat pomerius viri  
sui q̄i irat viridariū sacre scri-  
pture toto cordis affectu ac sol-  
licitudine intellectus: ibi enim  
abundant aque viue fōtes. i. d̄  
uotionis lachryme quibz lanat  
aia. **I**bi. n. est copia mirati olei  
cōpuncțiōis cordis quo caput

eius. s. xp̄ erga illā dulcis mā  
suescit. His igit̄ tota aia dcora  
fit & pulchra & auctor ois mali  
crucis inuidia. Ideo nūt̄ om  
ni studio mūdo sc̄nū assumpto  
illā inducere precipitio ad pec  
catū mūdus nāḡ suggestus suas  
exerceri delicias delectationis  
perfrui, pponit p̄ntis vite dul  
corē. H̄z diabolus suggestus diu  
turnitatē tēporis lōgioris vite  
posse fieri p̄niam tpe senectuis.  
& sic suis diris cruciatib⁹ velut  
lapidib⁹ aiaz obruer̄ festinat.  
Sed lachrymis imperat subfi  
diū Danielis per quē subaudi  
timorē pene gehenne p̄missam  
peccatorib⁹ declarantē, & oia q̄  
peccatores recepturi sunt d̄ pec  
cato lucide iudicatē, & sic cognoscuntur  
testes mēdaces. Et aia  
a peccati interitu liberat & mū  
data lachrymis xp̄ suo sposo  
redditur icolumis & iocunda. iō  
Crl. Criso. sup Math. Nemo inqt  
ad dñi aliqui flens accessit; q̄ nō  
qđ postulauerit accepert. Nul  
lus ab eo toleranter beneficia op  
tauit qui nō ip̄rauerit. Ihe. n̄  
consolatur flentes doleentes cu  
rat penitentes informant.

**A**nima mea sicut terra si  
ne aq̄ tibi. p̄. cxliij. No  
ta q̄ ex defecci aque ste  
rili est terra a fructib⁹, p̄ducit  
spinas m̄ que nō eḡt humido.  
Et si interdū fructuosas produ  
cat arbores efficiuntur silvestres

& fruct⁹ earū inutiles sūt agre  
stes & sine dulcedine. Sp̄ualr.  
aia nostra sine aqua lachryma  
rū in fructuosa rcs est pūctiōes  
peccatorib⁹ & malaz cogitationuz  
germinat & producit. Ille sunt  
que copiose in aia lachrymarū  
aqua priuata nascuntur & si fru  
ctus interdū bone cogitationis  
producat; nō perueniunt ad debi  
te maturatiōis effectū; quia a d  
premiū patrie eterne nō attin  
gūt. sed ad mēdicitatē retribū  
tionis terrene. Fīgu. i. Regū. i. Fīg.  
vbi legimus q̄ Elchana hēbat  
duas vxores quarū altera steri  
lis erat. s. Anna. altera vero se  
cunda. s. fennena. Festo vero sa  
crificij adueniente dedit. Elcha  
na vxori sue & filiis suis & filia  
bus portionē optimā. Anna vo  
tristis vnā partē dedit toibilem  
quod anna vidēs accessit ad tē  
plū vbi nimiū lachrymata est. &  
ibi narrans cām sui doloris sa  
cerdoti Hely. a sacerdote acce  
pit sobolis p̄missionē que post  
modū p̄cepit de viro suo & pe  
perit samuelē propheta dñi. vn  
ipsa gaudens fecit cāticū stud.  
Exultauit cor meuz in dño. &c.  
Sp̄ualiter. per Alchana qui in  
terpretab⁹ possessio dñi denotab⁹  
xp̄ in quo p̄sistit possessio bea  
titudinis nostre. Nā in ipso est  
humanitas & diuinitas q̄s tot⁹  
homo in patria possidebit. Da  
bet igit̄ duplēc vxorez. quia

a ij

## Lachryma

siam iusta que fecundata est et  
 siam peccatoris sterile. Ambas  
 in baptismo sponsauit. Im  
 bas. n. creando sua imagine deco  
 rauit. Sed vna eaz est secunda:  
 hec est aia iusti que pducit con  
 tinue merita deo grata optimam  
 ipsa a deo pre oibz accepit por  
 tionem qz eterne beatitudinis pre  
 mia. et nihilominus recipit in  
 pnti divina gratia. sterili vero.  
 i. peccatrix et impenitentia. aie la  
 chrymis contritionis careci tri  
 stis. hoc est iratus dat miseram  
 portionem qz bona pialia tñ. vñ  
**A**nna que interpretat una quasi  
 deicta: sed interdù hoc ad seip  
 sam rediens et considerans mi  
 serie sue statum merore cordis  
 intrinsecus sauciata: lachrymas  
 multas cora sacerdote seu con  
 fessore effundit et narrato angu  
 stie casu. i. culpa meref scipere  
 et parere samuelez ppheta dñi.  
**S**amuel. n. interpretat exaudito  
 gratie dñi: qz aia ob sterilitatis  
 caliginem pñl obnubilata post la  
 chrymaru effusionem lucida fit et  
 secunda. vñ **C**ri. sup. **D**at. sicut  
 post rebemetes hymnes mudi  
 aer et purus efficit; ita etiam post  
 lachrymaru pluviass serenitas  
 metus sequit atqz tranquilitas.

**A**qua salutaris potauit il  
 li. Eccli. xv. Pericolo  
 fa res est itineratio vias  
 inequos pergere. Nam iu  
 naris labore membris interior

ribus calesactis. Si hõpnatur  
 potus beneficio est in periculo  
 no paruo. Un cù talem qz pati  
 tur esurie inuicto fonte ad illas  
 magna alacritate declinat et re  
 fociatus totus icedit ylaris vi  
 as suas. Spñaliter. oes sumus  
 viatores redentes ad terminum vi  
 te nre. s. ad mortem per quam ad  
 vitam feliciorer speramus puen  
 re. Sed in hac vite via pp eti  
 lugis iterationis diaboli succé  
 duntur membra interiora aie q  
 consensum. Et nisi hoc icedius  
 vnda lachrymaru extingnat. la  
 guet aia que refoculata dulcedi  
 ne lachrymaru. ylariter pergit  
 per viam timoris dei. quoique  
 peruenit ad regnum solitacionis  
 eterne que diligenter pmissa  
 est. **S**igu. **E**xo. xvij. vbi legim? **fig.**  
 qz sicut populu israel. **H**oy.  
 pcessa petra oreb portauit aqz la  
 tissima et postmodum debellato  
**A**malech peruenit ad mortem sy  
 naevi do facie ad facie locutus  
 est. **S**pñalr. p moy. qz interpretat assu  
 pi? d ags libandi fideli xpzi qz ex  
 ags baptismi a do assuli i filii  
 adoptiois. **T**edit igf iste cù pplo  
 aie suo ad terram pmissam et a  
 xpo acquisitam. **E**t subaudi per  
 huc ppsum memoriaz intellectu  
 et voluntate: remittit igit in oreb.  
 que interpretat secetas; qz tristes  
 vita pñc necesse est interdù  
 calidi kostis iterationis estuar.

**L**ucigēt virga petra percūtit  
et fluit aque quib⁹ populus hū  
in simili oratione est. et strenue  
suprat **A**malech. i. diabolus. et  
claris atq; gaudēs p̄cūit ad mō  
te synai q; interpretat celitudo  
per quē bene sublimitas celestis  
glie denotaſ. vbi de⁹ loquitur aie  
lachrymanti benigne: et se illi p̄  
bet in pīmū. et sic patet quāta sit

**B**erlachrymarū potētia. **U**n Ber.  
in quodā ser. **A** humilis lachry-  
ma tua est virtus: tua est poten-  
tia tua est potestas: tuum est re-  
gnū. **A**nte tribunal iudicis so-  
la intrare non vereris q̄cqd illi  
pneris obtinebis. **H**i vacua i-  
trabis vacua nō exibis. **A**ccu-  
sanū inimicis iponis silētū.  
nō est qui te accedere p̄libeat.  
**M**agis diabolus crucias q̄  
gehenna. quid plura? vincis in  
vinciblē et superas oipotētē.

### De Luxuria.

**D**e me arma tua phare-  
trā et archū et egredē fo-  
ras. **B**en. xxvij. In bel-  
lo mortali sagittarij et archarij  
rebēt a distantib⁹ p̄liari. **N**az si  
ad pugnā de pp̄inquo acces-  
serint ars sagittaria illis modicū  
pdes. **N**ā anteq; traherēt ba-  
listā vel archū ab hostib⁹ occide-  
re utr. **G**ed dū sic a distantibus  
pugnāt magnam partem victo-  
rie conferunt exercitu nec pos-  
sunt ledi faciliter ab equitib⁹ an-

teq; pp̄inquo multas emittant  
et eos sagittas quibus grauter  
vulnerant. **H**ūalr. nos sum⁹  
sepe in mortali pugna ē vitia  
carnis. **N**ā ipa ad eternā gehē  
nā quos p̄nī superare inducit et  
qd terribilē est qz sola nō reni-  
unt sed multiplici comitati va-  
lata fideles xp̄i iuadunt. **A**nde  
**B**er. sup can. **L**uxurie currus. **B**er  
q̄driga voluit vitor̄ iglurit. s.  
vētris libidine coit⁹. molite re-  
stū ocis soporisq; resolutione.  
trahit equis duobus p̄spēritā  
te vite et rex abundātia. et hi q̄  
ps̄ident dñi ignauie torpor et in-  
fida securitas. **I**git̄ hostis h̄ tā  
strenuus superari negat̄ nisi dua-  
bus sagittis. s. oōone et ieiunio  
teste dñi qui ait. **D**oc genus d̄  
monior̄ nō eicitur nisi ieiunio et  
oratione. sed neceſſe est a distan-  
tibus esse in hūlus p̄lio. s. a vīsu  
et locutionib⁹ blādis minuscu-  
lis mulier̄. Alioquin in certami  
ne subcūberet. **A**nde **H**yer. in **H**ic.  
quadā cpla. **G**olus cū sola om-  
nino nō stereris si ifamia metu-  
is et ruinā. **N**ā credas mihi qd  
nō pōt cū deo puro corde abula-  
re et lucē fame sue suare imacu-  
latā q̄ mulier̄ collogis bleccat̄.  
**S**ī ergo diuina lucc p̄fusus sui  
dñcē corporj miles xp̄i: ieiunio et  
cor. p̄nī hēat ad iaceđū orōnis  
sagitas et victoriosus victor om-  
nia superabit. **F**igu. **A**poca. vi. **f**ig.  
vbi scribit **J**oā. **E**cce iungt equ⁹  
n̄ alij

albus. Et qui sedebat sup eis habebat archum; et data est ei corona et exiuit vincens ut vinceret. Spūaliter, per hunc militē sub audiū pudicū et castū: per equum vero albus sub audi corp' mūdū. Nam per equū i sacra scriptura i telligit corpus. *Ilay. xxxi.* Eq' corp' caro. Igitur iste miles archū manu tenet qm̄ corp' habet ad orationem per uigil. Idcirco coro natura Victoria et ē h̄ supradicta virtus egregia triumphator, qui ergo vult de luxurie virtuo triumphare sagittis orationis et ieiunij munias. Alioquin necesse erit il-

**B**erlū p'stī? p'fusionē subire. *Ber.* Luxuria oēm etatez corrūpit. oēm sensum p'fundit. oēm ordī nē soluit: oēz gradū peruerit. inadit iuuenes. occupat senes: iuoluit mares et feminas: superrat prudētes: et simplices nō fuit sericum nō timet clictū nō curat. lasciviat in plumis: infestat in paleis nulli vnḡ prestat requies. per orationem et abstinentiam fuerit fugata et omni occasione subtracta.

**B** **D** *O*mnis impleta ē sumo *Ilay. vi.* Nota q' sum' est signū ignis. Idcirco vldētes sumū a distantibus consuerunt ad ignem festinare. spūaliter, cū ignis carnalis concupiscētie est in anima sumi caligo exuberat per omnes sensus corporis ut consuerit fieri, p' ca-

minū oculi nāq' ipudici fūtan res, p'ne ad audiū vana lin gua vero ad loquēdū leuia. manus ad operandū prava. Et sic oia corporis mēbra caligine et citatis replera ignē libidinis ac censem in aia fore demonstrat. Ad illa nāq' signa demones solliciti currunt ad aiam qm̄ plane cognoscunt illaz faciliter posse obtinere. *Sigu. Judi. xx. vble* *fig.* gimus q' hostes filioz Beniamini dederunt signū insidiatori bus. *Babaon* q' qm̄ viderēt fūmū scirent ciuitatē captiā q' sic factum est. supposito. n. igne sumus incepit apparere et insidatores intrantes interfecerūt filios Beniamini. Spūaliter. Babaon interpretatur vallis mesticie, et recte de notari aiam carnis sue concupiscentie preuentam. Unde et recte dicitur vallis mesticie q' luxuria omnem tristitiam secum ducit contristat animā pariter et corpus simul. vnde *Innocen.* de vilitate con*Inno.* ditiōis humane. *O* extrema libidinis turpitudine que non solum mentem effeminate sed corpus enervat: non solū maculat aiam sed corpus vel personā se dat. Omne peccatum qd fecerit homo extra suū corp' est q' aut fornicat in suuz corpus peccat. h̄c igit̄ ciuitatē optime cognoscit demones capiēdā ad signū sumi, id est vanitates ab exteriori

ribus sensibus emisisse. Cogno-  
scunt. n. illam intrinsecus suc-  
censā igne carnalis cupiscentie  
et cateruatiū accedentes ad  
illā occidunt oēs filios Benia-  
min qui interptatur filius te-  
xere. qz oīa opera meritoria qui  
bne hō ponendus erat cū ouī-  
bus xpī ad texterā exterminat  
et occidunt aīam ipam dīversis  
repletā vitijs possidēt captiuā.

**D**icit. Hyeo. in quadā eplā. O ignis  
infernalī luxuria cuius mate-  
ria. gula cuius flāma superbīa  
cuius scindile prana eloga ci-  
ius fūmū infamia cuius cinis  
inopīa cuius finis gehenna.

**S**upercedidit ignis non  
videtur solem. ps. lviij.  
Pot. qz hō ra meridianā  
stāte sole in calore suo sup nos  
nō sunt corrusiones atqz va-  
porationes in aere sed sole ad oc-  
casū accedēt. Et rō qz in meri-  
die dū calor est extensiō; vapo-  
res illi inbibūr calore. et calefa-  
cti discent. et efficiunt leues; et  
incipiunt ascēder. Et anteqz sunt  
ad locū illū frigidissimū aeris  
ad quē solis reuerberatio nō at-  
tingit appropinquat resperti-  
natora. Et sol tēdit ad occasū.  
Spūaliter. qn̄ sol recte cognitō  
nis est super nos ignis cōcupi-  
scēte. non pōt corruscare in no-  
stra mente. sed sole recte ratio-  
nis accedēte ad occasū vapo-  
res carnaliū appetitiū bneūtū

Et ascendunt vscqz ad consensū  
volūtatis qui est locus sumere  
motus ab amore dei et feruore  
charitatis tad quē nō attigit lu-  
mē sacre scripture. Et tūc vapo-  
res illi succēsi igne libidinis de-  
scendunt ad opera et tota aīa in  
famie caligine tenigratur. **Fig. fig.**

**G**ene. xv. ybi legimus qz enī  
cubuisse sol facta est tenebrosa  
caligo. et apparuit clibanus fu-  
mans et lampas ignis trāiens  
inter divisiones cadauerū. spi-  
ritualiter. **H**it caligo mētis et ob-  
scuritas in aīa deficiente ratōis  
iudicio et appetet quasi clibanus  
fumans; qz ignis libidinis qui  
latebat in corde per sensuum i-  
pudētiā manifestat. et bene sub-  
ditur. qz apparuit lampas ar-  
dens trāiens per cadauerā; qz  
delectatio et gratia. quā mis̄ pec-  
cator ex sua libidinē capit fugax  
est et brevis et festino īetu piran-  
sens et nihilominus tantā vim  
malignitatis relinquit in ani-  
ma ut nullū bonū valeat opera-  
ri. sed semper te malo in peius  
gradiens descendit ad ignē in-  
teritus et tristitia. **A**nde Greg. Gre  
in morali. Ex quo luxuria se-  
mel mētes occupauerit alicui  
vit eum bona desideria cogita-  
re permittit. **G**unt. n. viscose de-  
sideria; quia ex suggestione ori-  
tur cogitatio. Ex cogitatione af-  
fectio. Ex affectione delectatio.  
**E**x delectatione consensus. **E**x

cōsensu operatio. Ex operatioē consuetudo. Ex cōsuetudine desperatio. Ex desperatioē peccati defensio. Ex defensiōe gloria tio. Ex gloriatione dānatio.

**R**ipo me de luto t no in  
igar. ps. lxvii. Quāqz  
cadens in aquā, pfundā  
subiecta festine moris pericu-  
lum: nihilomin⁹ cadēs in lutū  
pfundū morte terribiliorē ex-  
pectat: t precipue si lutū fedum  
est atqz putridū. Nam qđdū vi-  
uit in illo ducit vitā cū morte.  
spūaliter. Cadēs in pfundita-  
tem culpe libidinis p opus spi-  
ritualiter suffocat. ps. lxvii. re-  
ni in altitudinē maris t tempe-  
stas demersit me. Sed ille qui  
cadit in lutū cōsideratiois t me-  
ditatiois: tantū per cordis con-  
sensum: l⁹ opus exerceri corpora-  
liter nō possit: lepultū est tamē  
cor in stercore voluptatis i quo  
quāto aplius se voluit tāto am-  
pli⁹ sedat transīes gradat⁹ ad  
desperatioē locū. ps. Infixus  
sum in limo p fundi t nō ē sub-  
stantia. Ad hui⁹ ergo lutū dmo-  
nes ḥducū peccatores secretos  
quos in fune timoris puentos  
nō potest in aquis aperte ope-  
ratioē submerge. Tales si  
gestantes super habitum Chri-  
sti: quorum opera in conspectu  
gentium appārent sancta, t ni-  
hilomin⁹ vslq ad guttur p cō-  
sensum voluptatis in stercore  
submersi sunt qđ turpius atqz  
abominabilis est in ip̄is qđ  
in secularibus t aperiis pecca-  
toribus in quib⁹ apta sūr ope-  
ra prana. Figura. Hier. xxx-  
vij. vbi legimus qđ filij pphie  
funib⁹ fecerunt ponī Hiero-  
miā prophetam in lacū vbi nō  
erat aqua sed latus. Et erat ibi  
propheta vslq ad guttur: quod  
erat ei vt dicit magister amari-  
us miles morte. Spūalit. p  
Hieremiā prophetam dñi sub-  
audi virum de mundo a dño re-  
uocatū per falsos pphetas. sub-  
audi corporales appetitus: fal-  
sa t pessima sugerentes q mī-  
serum hominē depōnit vincu-  
lis seu funib⁹ voluntatis t cō-  
sensus ad complacentiam hu-  
mīnū turpitudinis t efficiunt  
lum subditū t seruum libidis.  
qđ telet esse viro dei amari⁹ om-  
ni morte. vnde Iug. lib. p̄f. Aug  
mo de libero arbitrio. ca. decio.  
Nō ista iqt pena parua estima-  
da est qđ t libido dominatur. et  
politaqz virtutis opulētia per-  
dinters inopem atqz indigen-  
tem trahit. Nunc falsa pro re-  
ris approbatē. Hunc impro-  
bantem que ante probauit:  
t nihilomin⁹ in anima falsa  
retinentē. Nunc desperantem  
de tota inuentōe virtutis t stu-  
tiae tenebris penitus inberen-  
tem. Nunc conantez in luce in-  
telligendi rursusqz fatigatōe in

cedentem cum regnum illud  
tyrannice seuiat et varijs contra  
risq[ue] tempestatis totum he  
rens animum vitamq[ue] pertur  
beret; hinc timore: hinc desiderio:  
hinc anxietate: inde inani fal  
saq[ue] letitia: hinc cruciatu rei a  
missa que diligebatur. inde ar  
dore adipiscende que non ha  
bebatur que aduersum pot dis  
sipare luxuria inflare superbia  
torquere inuidia. desidit sepeli  
re: periuicacia concitare afflict  
are subiectio: et quecumq[ue] alia  
innumerabilis regnum illi? li  
bidinis frequentater exeret.

**D**e Maria uirgine.

**U**is admirabile op[us] ex  
celsi. Eccl. xliv. Not.  
q[ui] ille artifex dicitur es  
se solemnis qui non solum no  
num sit fabricare vas: sed q[ui] sit  
fractum seu destruatum in me  
lius reparare. Nam subtilitas  
artis per opa subtiliora cognoscitur.  
difficilius est enim vas  
fractum melius reficere q[ui] no  
num fabricare. Spiritualiter.  
Deus est optimus artifex. Nam  
ipsum uniuersum fecit ex nihilo.  
velut opus bonum. Gen. i.  
Vidit deus cuncta que fecerat  
et erant valde bona: et vas de  
struatum. et humanum genus re  
parauit in melius. Hec not. q[ui]  
primum humani generis vas  
fuit conditio primorum paren  
tum. Nam ipso deus reposauit

rat imaginē et similitudinē suā  
sed mulier misera vas suū iau  
te cōsernans illud confregit: et  
sic mutauerunt gloriam in filiu  
lī vituli comedentis fenuz.  
Igitur pro reparacione huius  
vasis plorauit humanū genus  
.v. milia annū et ultra. ps. Sa  
ctus sum tāq[ue] vas perditū qm  
audiui viruperationē multo  
tandem spūlū sanctus suggestit et  
de cuius hunc artificem sapie. oī  
un enim est artifex; omne hūs  
virtutē oīa propiciēs. Ad ipm  
igitur clamauerunt sancti hu  
mili voce petentes reparacionē  
huius vasis. Job. vii. quis pot  
facere mundū de immundo con  
ceptum semine. Nōne tu qui  
solus es? Et tūc omniū artifex  
dei filius descendens. vas illud  
multo preciosius reparavit in  
virginē gloriōsa q[ui] p[ro]p[ter]a esset.  
figu. Hier. xvii. vbi legimus fig.  
dñm dixisse Hierusalē. Descē  
de i domū sigulūr[er] descendit quē  
facere vidit quoddā vas luteū:  
sed vas illud rotum contritum  
est. deinde terra ex eadem ma  
la assumpta fecit vas optimus  
quēadmodum ipse voluit: quo  
facto dñs dedit Hieremie in si  
gnū q[ui] eque repararet vas. i.  
populū testūctū ut sigulū vas  
illud. spiritualiter. subaudi p[ro]p[ter]  
mū vas primā mūlerē quā ic[us]  
diabolice tetrationis a deo cōtri  
ut: q[ui] nō remansit in ea nec in